

Quæres, quodam hic vocetur «improperium Christi?» Respondent Græci, hoc «improperium Christi» esse opprobria, quæ Hebræi coniecerunt in Moſen. Hæc enim dicuntur «Christi» typice, sive analogice, quia sicut Christus a suis Hebræis, quos liberare veniebat, impropria passus est: ita eadem ab eisdem passus est Moſes. Ita Theodoretus, Chrysostomus, Theophylactus.

Impropria Christi sunt opprobria et tribulationes.

Æterna lege dicitur etiam crucis.

Moses et Jeremias typus Christi patientis opprobria et persecutiones.

Secundo, Galenus putat «improperium Christi» dici quodvis improperium, quod fideles vel Ecclesia, ab infidelibus vel impiis sustinet; dicitur «Christi», quia Christus dux fuit passionis et caput Ecclesie patientis; et quia, ut ait Vasquez, Christus postea docuit causa justitie et religionis hoc improperium esse sustinendum; quod Galat. v. vocatur *crux Christi*. Hinc quando Ismael Isaacum, Esau Jacobum, Cain Abelum, Ægyptii Moſen, civitas diaboli civitatem Dei, mali honores persequuntur, semper est et dicitur «improperium Christi», quasi capitis in suis membris irrisi, vexati et afflicti. Sic enim æterna Dei lege decretum est, ut in hoc sæculo mali triumphum agant, piii crucein gestent post Christum, et semper cum adversitatibus luctentur, quibus Deus illos quasi milites suos vult exercere ad celestem coronam promerendam.

Tertio et aptissime, Ribera propter hæc verba accipit et explicat, quod scilicet Moſes, partim ex fide et traditione Abrahæ aliorumque patrum cognoscens Christum pro genere humano passurum, partim spiritu prophætico prævidens speciatim injurias et opprobria illi a Judæis inferenda, ut Christo patienti similis fieret, malenter pati, affligi et opprobriis affici cum Hebræis, quam honoribus et opibus abundare in aula Pharaonis: hoc enim proprie est et dicitur «improperium Christi». Si enim Jeremias hæc opprobria Christi prævidit, et in suis opprobriis adumbravit, quidni et Moſes? Si Isaias, Ezechiel, Osee, David alique Prophete ad hoc a Deo missi sunt, ut essent typus Christi prædicantis et patientis, atque idipsum seiverunt, scilicet suas passiones et opprobria typice esse passiones et opprobria Christi, quia illa representabant, quidni idipsum seiverit, fecerit et representarit Moſes legislator et princeps Prophetarum? Moſes enim per tot opprobria et persecutiones liberans populum a Pharaone et Ægypto, expressus fuit typus Christi, per sua opprobria et crucem nos a diaboli et inferni tyrannide liberantis. «Improperium ergo Christi» dicitur, non quod Ægyptii Moſi intulerunt, in odium Christi, utpote qui de Christo nihil seirent; sed quod Moſes Christi amore, reverentia, imitatione, similitudine, et ut representaret opprobria Christi, forti et læto animo sustinuit. Sic enim comædus, qui in scena representat Christum patientem, dicitur agere Christum, Christianique opprobria et passionem. Tales autem quasi comædi fuerunt Moſes et Prophete.

Ubi Nota: Hæc summa est hominis fidelis per-

fectio, nimirum ut exemplo et imitatione Christi adamet, sicut, querat opprobria, irrisiones, persecutiones, calumnias, infamias: illaque curvis honori, fame, nominis et glorie etiam regia preferat, adeoque etiam si par Dei gloria et par virtus esset in honore et opprobrio, malit tamen opprobrio, quam honore affici, ut hæc ratione assimiletur Christo injuriis, sannis et calumniis onerato, portetque improperium Christi, dicens cum Paulo: «Mibi absi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.»

ASPICIERAT ENIM IN REMUNERATIONEM — æternæ glorie in celis, q. d. Ideo Moſes opes Ægypti posthabuit gentis suæ miseris, quia sic secum ratiocinabatur: Si ego Ægyptiis deliciis et honoribus me dedam, iis tantum fruar ad viginti vel triginta annos, et mox ab Irato Deo damnabor ad æterna inferorum tormenta; sin autem iis abdicatis populo Dei afflictio me jungam, cum eo premar lalere et luto, affligar tantum ad viginti vel triginta annos, et mox a Deo omnis et maxime heroicæ virtutis remuneratore liberalissimo, donabor æternis gaudiis, iopibus et honoribus. Satius autem est hic ad modicum tempus esse miserum, quam in æternum esse miserum; satius est modica miseria emere æternam felicitatem, quam modica felicitate et voluptate presentem emere æternam miseriam. Ergo securo et decerno amplecti sortem miseram fœbrarum præ felicitate Ægyptiorum, ut remuneracionem æternæ glorie et felicitatis a Deo nanciscar. Atque hæc conclusio et spes Moſen ad omnia dura et ardua fortiter subeunda impulit.

Illa pariter secum ratiocinabatur B. Thomas Morus Martyr, Angliæ olim Cancellarius, cum Aloisia uxor ab Henrico VIII, rege Angliæ, submissa in carcerem ejus animum tentaret, ut regis libidini assentiretur: ejalabat illa, suamque mariti et familie miseram sortem commemorabat, atque ex parte ostendebat magnas opes et honores a rege promitti, si ei subscriberet, cui Morus: Quamdiu, inquit, o Aloisia, hisce opibus fruemur? Respondit illa: Facile adhuc ad viginti annos, marite mi. Mox increpans et indignans Morus: Vade, inquit, o stulta mercatrix, egone pro viginti annis modicæ felicitatis vendam annos æternos felicitatis celestis? non ita desipio; quin vero malo carcerem hunc tota vita, bonorum confiscacionem, opprobria, mortemque ipsam pati, quam æternitatem meam beatam prodigere.

Hinc patet, pium et sanctum esse bona opera operari intuitu et spe æternæ mercedis. Ita enim operatus est hic Moſes, et David, Paul. xviii: «Inclinavi, inquit, cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, propter retributionem.» Est enim hic actus virtutis spei. Sicut ergo pium est operari bona ex virtute et instinctu charitatis, ut scilicet per illa placeamus Deo, nostrumque erga Deum amorem testemur: ita quoque

responsoria et persecutiones sunt propria imitatio Christi.

Spes tantum rationis et non virtutis est.

Fide Moſes fecit et Ægypto.

Crucifixus est pro peccatis mundi.

Mors et sepultura Christi.

Propter bona opera.

pium est operari bona ex instinctu spei, ut scilicet per illa adipiscamur æternam mercedem. Ita docet concilium Tridentinum, sess. VI, cap. xi.

Hinc secundo, patet merita bonorum operum, utpote quibus Deus quasi remunerator æternam mercedem retribuit. Vides hic quam Moſes et Paulus a sensu, fide et factis Novantium discrepent.

27. FIDE RELIQUIT ÆGYPTUM NON VERITUS ANIMOSITATEM REGIS, — cum scilicet Moſes, cæso Ægyptio, metuens Pharaonis iram, fugit in Madian, inde postea rediturus ad suorum liberationem, ut de facto rediit in Ægyptum, non veritus Pharaonem. Ita Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus. Verum, quia tunc Moſes non tam fide, quam metu Pharaonis fugit in Madian, ut dicitur *Exodi* ii, 15, et Apostolus non ait: Fide rediit, nec etiam: Fide fugit, sed: Fide reliquit Ægyptum;

Hinc secundo melius, cum Lyrano, Tostato et Pererio in *Exodi* cap. ii, dicimus, Moſen per fidem reliquisse Ægyptum, cum ex ea Hebræos Deo jubente eduxit. Tunc enim fide creditus se cum populo per Dei opem evasurum manus Pharaonis insequentis, populumque feliciter penetraturum in Chanaan, uti Deus promiserat: nisi enim hæc fide armatus fuisset Moſes, nunquam tantum facinus aggressus fuisset, quo se totamque gentem Pharaonis iræ et indignationi objiciebat.

INVISIBILEM ENIM TANQUAM VIDENS SUSTINUIT. — Pro sustinuit græce est *ἐξαρτήσατο*, id est, perseveravit, perduravit in afflictionibus, constanter adversa omnia toleravit. Unde Vatablus verit, *perinde enim quasi vidisset eum, qui est invisibilis, ita obduravit et perseveravit* in duris quibusque tolerandis. Noster eodem sensu verit *sustinuit*, q. d. Moſes certa fide, patienter, longanimiter et perseveranter in tot adversis expectavit Dei invisibilium opem in educendis Hebræis in Ægypto, tum mercedem promissam in celis, perinde ac si ea presentia oculis suis conspexisset, ideoque dura quæque forti et constanti animo sustinuit et toleravit.

Nota est tanquam habere emphasisim: respondet enim Hebræo *עָרַב*, quod non tantum est nota similitudinis, sed etiam mensuræ, sive æqualitatis, q. d. Equæ aequali celsitudine, spe, patientia et tranquillitate sustinuit Moſes Dei, quem non videbat, opem et mercedem, ac si eum coram oculis suis vidisset. Vides hic, ut a fides est substantia rerum spirandarum, argumentum non appetitum.

28. FIDE CELEBRAT PASCHA ET SANGUINIS EFFUSIONEM: NE QUI VA FAVIT PRIMITIVA, TANGERET EOS. — Quia scilicet fide creditus Moſes, se cum toto populo sanguine agni paschalis liberandum a morte et angelo percutiente primogenita Ægyptiorum: hinc hæc fide inclitatus immolavit agnum paschalem ejusque sanguine postes aspersit, ut

sanguinem agni videns angelus percutiens, domos Hebræorum transiliret, et insiliret in domos Ægyptiorum, *Exodi* cap. xii, vers. 12 et 23: a quo transitu, vel potius transilu angeli, tam agnus, quam festum ipsum dictum est hebraice *פֶּסַח* pasach, chaldaice, græce et latine pascha, ut dixi I Corinth. v. 7. Tacite hic fidei Christi immolati Hebræis objicit Paulus, utpote ejus sanguine ab angelo percutiente, id est a diabolo et inferno, liberati sumus: hoc enim allegorice hic significatur.

29. FIDE TRANSIERUNT MARE RUBRUM TANQUAM PER ARIDAM TERRAM: QUOD EXPERTI ÆGYPTII DEVORATI SUNT. — Fide enim qua credebant Hebræi Moſi, Dei nomine promittenti miraculosum et felicem maris sicco pede transitum, hæc, inquam, fide excitati Hebræi, ipsum mare Rubrum fidenter et secure ingressi, quasi aridam terram calcarent et transgressi sunt. «Quod experti,» græce *ἐπίστατοι*, id est, curis experientiam cum episcopo, sicut peritiam, quædam experientiam fecissent, mareque sicco pede transgressi tentassent, Hebræos insequentibus Ægyptii devorati sunt. Græce *καταβροχθῆται*, id est, demersi, absorpti sunt.

Hactenus patriarchas Moſen, Abrahamum, Noe et alios quasi heroes fidei Hebræis objicit Apostolus, nullo eis objicit vulgum et plebem, q. d. Si heroes illos non potestis imitari, o Hebræi, imitami saltem rudem populum, qui per fidem superavit mare Rubrum. Si enim par est cum eo sitis fide, parem fidei fructum percipietis, ut scilicet fide Christi et spe æternæ retributionis immati fortiter exilia, bonorum rapinam et acerba quæque pro fide Christi toleratis; itaque non per mare Rubrum in Chanaan, sed per Christi baptismum, fidem et patientiam in celum penetretis, ibique æternas opes et præmia nanciscamini.

30. FIDE MURI JERICHO CORRUERTUR CIRCUITU DIERUM SEPTEM. — q. d. Non suffusione, non arietibus, non balistis; sed fide, qua Josue et Hebræi crediderunt, et obediverunt Deo promittenti, quod circumdando urbem Jericho septem diebus cum arca, clangore tubarum et clamore popululi, muri ejus licet altissimi et solidissimi funditus corruerent; muri hi re ipsa corruerunt, itaque per fidem, non per aciem gladii ab Hebræis expugnata est Jericho. Vide Josue cap. vi.

31. FIDE RAHAB MERETRIX NON PERIIT CUM INCREDULIS, EXCIPIENS EXPLORATORES CUM PAGE. — a fide,» quæ scilicet Rahab credidit Jerichonitem et reliquas urbes Chanaan a Deo, uti promiserat, tradendas esse Hebræis: hæc enim fide animata, exploratores Hebræorum excepit «cum pace,» id est pacifice, amice et benevole, eosque abscondit, et tuto ad Hebræos remisit, ne a civibus Jerichonitis caperentur et necarentur: ideoque ipsa sola cum suis servata est in exilio Jerichonitis, cum reliqui omnes increduli nolentes se dedere Hebræis, occisi sunt, q. d. Si popularibus exemplis non movemini, o Hebræi, saltem præ-

state in vera educti religione, fidem, quam olim præstitit Gentilis Chanaanæ, imo vile propudium et meretrix.

Hinc patet adventantibus Hebræis, præsertim visis eorum exploratoribus, et audita fama transitus Hebræorum per mare Rubrum sicco pede, submersis Ægyptiis, miraculorum et victoriarum, quas Hebræi contra Amalec, Og et Seon reges adepti sunt, Rahab credidisse in Deum verum Hebræorum, Deumque tetigisse cor illius, fidemque non humanam, sed divinam, penitentiam et timorem summi inspirasse: nam hæc fidei fideique operibus justificata est Rahab, ut ait S. Jacobus, cap. ii. vers. 25.

Nota: Rahab vocatur «meretrix,» hebraice רמית hatzona, quod licet Chaldaeus, Joseph, Hebræi et Lyranus couponam vertant, tamen S. Hieronymus et Septuaginta, et ex his Paulus, hic רמית, id est meretrix, interpretantur: utrumque enim significat Hebræum zona, et utrumque convenit Rahab huic. Verisimile enim est Rahab cauponam meritoriam fuisse. Raro enim fit ut femina quæ publica erigunt hospitia, iisque præsent et lucrum captant, incontinentiæ et stupri superent periculum, aut certe suspicionem. Unde cauponæ hæc meritoria tam apud Gentiles, quam apud Hebræos illiberales et impudicæ sunt habitæ, et ab his meretricium nomen desumptum est; zona enim hebraice dicitur a רחום, id est mereri, vendere, prostituere se, vel sua; et græce πόρνη, id est meretrix, dicitur ἀπὸ τοῦ πόρνην, id est a dividendo; ἔστι γὰρ Latium meretrix a merendo et mercede deducta a est.

Dices quomodo Hebræi exploratores fideles et religiosi ad meretricem in lupanar divertere voluerunt.

Respondet, domum Rahab non fuisse publicam lupanar, sed hospitium, in quo tamen tum ipsa, tum alie amicitie hospitibus non desessent, uti non raro etiamnum in hospitibus fit. Prudenti vero consilio Hebræi hanc unitis femine tabernam inveniunt, ut in ea quasi hospites, non quasi exploratores ingressi, ibidem occultissime latitarent. Adde, quod domus Rahab vicina erat monibus, itaque semiotior a populo et occultior, atque ad effugiendum, si res posceret, opportunior. Ita Abulenensis, Vatablus et Arias Montanus, in Josue cap. ii.

39. ET QUID AMBIC DICAM? DEICERT ENIM ME TEMPUS ENARRANT DE GEDEON, BARAC, SAMSON, JEPHTE, DAVID, SAMUEL ET PROPHEtis. — Gedeon enim fide qua credidit Deo sibi et suis promittenti victoriam de Madianitis, eamdem obtinuit, *Judic. vii*; Barac fide qua credidit Deborah, nomine Dei mandanti ut pugnaret contra Sisaram, eundem instar fulminis (unde apposite Barac hebraice significat fulmen) profligavit, *Judic. iv*; sic Samson, Jephthæ, David et alii fide qua credebant Deo se exicitant ad prælium contra Philistheos, Ammonitas aliosque hostes populi Dei,

cosdem prostraverunt. Unde de Jephthæ et Samson sæpe dicitur, factus esse vel irruisse in eum spiritus Domini, cum prælium, vel aliud opus arduum aggressus esset.

Nota: Combinat hic Apostolus heroes fidei, scilicet binos et binos, qui eodem fere sæculo vixerunt, ita ut præponat priorem non tempore, sed dignitate et celebritate. Gedeon enim gloriosior fuit Barac, qui tamen tempore Gedeone fuit prior. Sic et Samson Jephthæ: et David, utpote rex in bellis fortissimus et felicissimus, Samuelem non tempore, sed gloria antecellit.

Nota secundo, Apostolum hic proprie et primario non texere catalogum Sanctorum veteris Testamenti, sed tantum præferre et laudare heroes fidei, qui per fidem heretica opera ediderunt et confecerunt: nam aliqui constat Jephthæ latrocínio, Samsonem et Rahab fornicatione, alios alter peccasse. Ita Chrysostomus et Theophylactus hic, et Abulenensis, in cap. xi *Judicum*. Secundario tamen satis subindicat Apostolus omnes fuisse sanctos, et consequenter per fidem penituisse de peccatis, itaque in gratia et spe salutis, ac beata resurrectionis et vita excessisse. Nam vers. 33 ait, «eos per fidem operatos esse justitiam,» etc.; et vers. 39: «Et hi omnes, inquit, testimonio fidei probati non acceperunt reprobationem. Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.» Ubi satis indicat, omnes a se nominatos non acceperisse quidem consummationem fidelitatem, fidelibus reprobissimam ante Christum et Christianos: eamdem tamen cum illis accepturos esse in beata resurrectione. Scopus enim Apostoli est, Hebræos exemplo patrum, quos hic citat, tam in sanctitate quam in fide Christiana confirmare. Unde S. Thomas, Anselmus et Ribera asserunt Apostolum hic texere catalogum Sanctorum veteris Testamenti, non omnium, sed magis illustrium, nimirum eorum qui apud Hebræos et sanctitatis famam et nominis gloriam obtinebant.

33. QUI PER FIDEM VICERUNT REGNA (Chanaanæorum, Philistinorum, Ammonitarum et aliorum), OPERATI SUNT JUSTITIAM. — Id est justam vindictam populi sui, contra injustos Chanaanæos, Philistinos et alios hostes.

Secundo, «justitiam,» id est, misericordiam et humanitatem, v. g. quam David et Samuel Sauli iniqui regi et hosti suo (illi cum nocere possent) parcendo, imo serviendo exhibuerunt. Ita Chrysostomus et Gemmenius.

Tertio, alii proprie «justitiam» accipiunt, q. d. Hi Sancti justitiam tutati sunt, i. e. suum cuique reddiderunt, fuerant justiiudices et justitiam vindicantes.

Quarto et optime, operati sunt «justitiam,» id est, justa et sancta opera, quibus, ut dixi vers. 33, placuerunt Deo. Unde Syrus vertit, כשרות כללן pelachus kindus, id est, coheruerunt justitiam, q. d. Sancti per fidem, qua credebant virtuti tanta esse in oculis reposita premia, totam viam impende-

runt ejus studio et exercitio, unamque virtutem coluerunt et exerceverunt.

ADEPTI SUNT REPROMISSIONES. — v. g. cum Josue, Caleb alique Hebræi ingressi sunt possederuntque terram Chanaan sibi promissam; cum Abrahamo natus est Isaac; Davidi Salomon, filius et hæres a Deo promissus; cum Gedeon, Samson, Jephthæ victorias a Deo promissas adepti sunt; et ita alius quilibet promissionem sibi a Deo specialiter factam, quam fide credidit, re ipsa consecutus est.

Dices: Quomodo ergo vers. 39, ait eos nondum accepisse reprobationes?

Respondet: Græce est τὴν ἀναρχίαν, id est illam (scilicet eminentem) reprobationem, quæ finis, caput et summa est omnium reprobationum, quæque omnibus communiter reprobitur, scilicet felicitas æterna, et consummata beatitudo tam animæ, quam corporis: hæc enim nemo patrum illorum ante Christum adeptus est.

ORTURAVERTUNT ORA LEONUM. — Non omnes, sed aliqui ex heroibus jam dictis, puta Samson, qui catulum leonis nuda manu discerpit, *Judic. xiv*, 6; et David, qui leonem gregem invadentem arrepto mento suffocavit, *I Reg. xvii*, 34; et Daniel, qui sua presentia et sanctitate clausi ora leonum fame raborum, ut eum contingere non auderent, *Daniel*, vi, 22.

34. EXTINXERUNT FLYTEM IGNIS. — Scilicet tres socii Danielis, Sidrach, Misach et Abdenago in fornace Babylonia, ubi ignem ardentissimum, ligna, picem omniâque alia validissime comburentem ipsi quasi stiterant et retulerunt, ut vim suam et impetum in corpora eorum, quasi amiantum essent, exerceere non possent, *Daniel*, iii, 49.

EFFUGAVERTUNT ACIEM GLADIJ. — Corrige cum Romanis, Syro et Græcis, ἐφυγεν, id est, effugerunt. Fugatur enim hostis, acies vero gladii non fugatur, sed fugitur. Sic Elias effugit gladium Jezabelis, David Saulis, Moses Pharaonis.

CONVALUERUNT DE INFIRMITATE. — Id est a morbo, uti Ezechias, *IV Reg. xx*, 6, et Tobias a cæcitate, *Tobias* xi, 15, et Job a sua plaga, *Job* ult.

Secundo, «de,» id est ab, «infirmitate,» ut ex infirmis, debilibus et timidis fierent fortes, validi et audaces: uti factus est Gedeon, Barac, Moses, Josue, *Josue* cap. vii et ix, Judith alique, cum ad ducatum aut regimen populi a Deo evocati sunt. Utrumque sensum afferunt et sequuntur Theodoretus, Theophylactus et Chrysostomus, qui hoc refert ad Judæos «in Babylonia captivitate quasi tabidi et moribundi,» in Judæam hilares, alacres et vegeti redierunt.

Tertio, Vatablus vertit, validi facti sunt ex infirmitate; et Hugo Cardinalis ex S. Chrysostomo, imbecillitate facti sunt fortes; fortitudo enim fidelium est agnitio et confessio proprie infirmitatis: per hanc enim virtus Dei in infirmitate nostra peracturatur. Vide dicta *II Corinth. xii*, 9.

CASTRÀ VERTERUNT EXTERIORA. — Pro verterunt

græce est *ἐξέστη*, id est incurantur, hoc est, in fugam compulerunt; dicitur enim acies inclinata, cum hosti cedit et parat fugam. Pro castro græce est *ἐσπεράδα*, quod licet Erasmus vertat, incurantur, tamen rectius noster Interpres, imo Vatablus et Beza vertunt, castra, vel exeritios. Syrus vertit מסעדות *masredat*, id est munitiones everterunt hostium, uti fecit David, cum Sionem aem munitionissimam expugnavit; Machabæi, cum muros hostium ferres penetrarunt, et in ipsas hostium acres non tam condescerunt, quam involarunt. Verum, ut dixi, Græcum ἐσπεράδα proprie non arces aut munitiones, sed castra significat.

35. ACCEDERUNT MULIERES DE RESURRECTIONE MORTUOS SUOS. — «De,» id est ex, «resurrectione,» puta per resuscitationem, quæ ex morte resurrexerunt. Ita Sunamitis filium resuscitatum ab Eliseo recepit, quasi e gremio resurrectionis regeneratum et redivivum, *IV Reg. iv*. Pari modo vidua Sareptana filium suum ab Elia ad vitam revocatum recepit, *III Reg. xvii*.

ALIJ AUTEM DISTENTI SUNT. — Græce ἐκταραχθέντες, quod Suidas vertit, *fastuati*, sive *fastibus contusi, accorciati et suspensi sunt*; Chrysostomus et Theophylactus vertunt, *decollati sunt*. Verum Græcum ἐκταραχθέντες ad verbum significat *tympanzati sunt*.

Hij nota, *tympanium* genus fuisse tormenti, quo homines fortiter et rigide distendebantur, quasi in equo, et pulsabantur uti pelles distenta in tympano.

Notat Eleazarum et Machabæos, qui ab Antiocho Epiphane dire cruciati sunt. De Eleazarum enim dicitur *II Machab. vi*, 19 et 28: «Voluntarie præbuit ad supplicium,» græce τὰ ἑσπεράδα, id est ad tympanum; et de septem fratribus Machabæis cap. vii, 1, dicitur eos *flagris et tauris* (græce *νεφέλις*, id est, nervis et loris taurorum) cruciatis fuisse: in tympano enim et flagris lorisque cedebantur, et fustibus pulsabantur, et baculis, saxibus malleisque tundebantur, et quasi tympanum omnium verberibus cruciatibus obiciebantur. Anaxarchus philosophus, teste Laertio, dum a Nicocreonis tyranno, quasi in mortuario pith contunderetur: «Tunde, inquit, tunde follem, Anaxarchum non tundis,» quia follem vocans corpus suum, Anaxarchum vero animam, vel potius animos, quos gerebat excelsos. Hoc re ipsa dixit Eleazarum Antiocho. Tympanum, Antioche, pulsas et tundis, Eleazarum non pulsas et tundis. Hinc ista Machabæorum vox: «E celo (corporis) ista (membra) possideo; sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ac recepturum spero.»

NON SUSCIPIENTES REDEMPTIONEM, UT MELIOREM INVENIRENT RESURRECTIONEM, q. d. Eleazarus, Machabæi et similes voluntarie hæc tormenta subierunt. Poterant enim, si vel verbulo Antiocho cessissent, omnibus penis redimi et liberari: jam autem

hab per fidem venit ad penitentiam et justificationem

Zona hebraice est zona et meretrix

Domus Rahab non fuit publicum lupanar

Exempla virtutum hebræorum sive excellitium

Promissiones factæ ad prælium

Patres antiqui Testamenti

Opera illorum

Ver. 34. Sidrach, Misach, Abdenago

Ezechias, Tobias, Job

Suaris id est Sarepta

Tympanum genus tormenti

Constantia Eleazarum et Machabæorum in tormentis

fide roborati, cruciari et mori maluerunt, ut per illam mortem invenirent resurrectionem et vitam meliorem vita presenti, quam pro Deo amittent et prodigebant.

Secundo, Theophylactus et Eumenius « resurrectionem meliorem » interpretantur gloriosiorum, quae scilicet Machabei, quasi fortissimi Martyres, in majori gloria præ aliis Sanctis resurgunt.

Tertio, Chrysostomus « resurrectionem » hanc « meliorem » dici putat, respectu resurrectionis ad presentem vitam, de qua dixit ante: « Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. » Sed primus sensus simplicior est et solidior. Non dubium est, inquit Beza, quin eam designet persecutionem quam Antiochus exerevit. Allegat ergo Apostolus Machabeorum libros: cur ergo eos respicit et de canone dispungit?

36. ALII VERO LUDIBRIA ET VERBERA EXPERTI, INSUPER ET VINCUA ET CARCERES. — Talis fuit Jeremias, qui cum rebellibus Judæis minaretur excidium Hierosolymæ, ab eis dirissima est passus, scilicet probra, alapas, verbera, famem, carcerem, sæpe a toto populo reus mortis esse proclamatus, ac tandem lapidatus martyr occubuit: itaque Jeremias Christi a Judæis afflicti expressissimus fuit typus, ac merito ab Isidoro Pelusiota, lib. I. *epistol.* 208, *αὐτομάτως*, id est, calamitosissimus, nuncupatur. Talis quoque fuit Micheas, qui quod cladem prædiceret Achab regi, ab eo in vincula conjectus, et a pseudopropheta irritus et verberatus est, III *Reg.* vers. ult. Tales fuerunt alii Prophetae, *Luc.* xx, 41. « Parit talia certamina suprema peregrinatio: magnorum enim revera est, pati a suis ludibria, » ait Climacus.

37. LAPIDATI SUNT. — Ut Nabot procurante Jezebele, III *Reg.* xxi, et Zacharias, filius Joiadae pontificis, II *Paralip.* xxiv, alique multi, de quibus ait Christus *Matth.* xxiii, 37: « Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt, » quorum princeps fuit Jeremias, de quo Tertullianus, *Scorpioni* viii: « Jeremias, inquit, lapidatur, Isaias serratur, Zacharias inter ædem et altare occiditur, perennes cruoris sui maculas siliicibus assignans. »

SECTI SUNT. — Ut Machabei, quibus manus et pedes resecti et præcis sunt, II *Machab.* vii, 4. S. Hieronymus in *xxvi Matth.* legit, *serrati sunt* (hoc enim quod *que signifi*ca. Græcum *ἐπιχρῆσται*), relertur ad Isaiam, quem tradunt Hebræi serram dissectum esse a Manasse, quod ejus et principum villa ærius et sæpius capisset. Idem tradit Epiphanius in Vita Isave, S. Thomas et Tertullianus in carmine, ubi sic de eo canit:

Quem populus sectum ligno sine labe revertam,
Immeritus demens crudeli morte peremit.

Quibus verbis docet serram, qua sectus est Isaias, fuisse ligneam; nimitum ut Isaias, qui nomine suo Jesu Salvatoris nomen et adventum figura-

bat, morte quoque sua materiam et formam crucis in lignea serra figuraret.

TENTATI SUNT. — Ita Græca et Latina omnia legunt cum Chrysostomo, Theodoro, Theophylacto, Eumenio, licet Syrus et alii aliqui hoc expungant. Itaque « tentati sunt, » scilicet alii gravibus et diuturnis calamitatibus, ut Job; alii persecutionibus, exiliis, fame et penuria, ut Propheta sub Jezabel; alii per arduam obedientiam a Deo tentati sunt, ut Abrahama; alii omni poenarum genere tentati sunt, ut Machabei alique Martyres sub Antiocho, et de talibus proprie loquitur hic Paulus, ut patet ex antecedentibus et sequentibus: sed fide et spe cælestis gloria, hæc omnes tentationes vicierunt.

IN OCCISIONE GLADI MORTUI SUNT. — Tales fuerunt Israelitæ illi in persecutione Antiochi, de quibus dicitur II *Mach.* v, 13: « Fiebant ergo cædes juvenum ac seniorum, et mulierum et natum exterminia, virginumque et parvulorum neces; erant autem toto triduo octoginta millia interfecti. »

Vide hic fidem, fortitudinem et martyria Sanctorum veteris Testamenti; quid jam faciunt Christiani? Audi quid fecerint in primitiva Ecclesia Tertullianum describentem lib. *ad Scapulam Præsidem*, cap. v: « Crudelitas, inquit, vestra, gloria est nostra. Vide tantum ne hoc ipso, quod talia sustinemus, ad hoc solum videamur erumpere, ut hoc ipsum probemus, nos hæc non timere, sed ultro vocare. Arrius Antorjanus in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia se manu facta obtulerunt: tum ille paucis duci jussis, reliquis ait: O miser, si cupitis perire, præcipitiam aut restes habebis. Hoc si placuerit et hic fieri, quid facies de tantis millibus hominum, tot viris ac feminis, omnis sexus, omnis ætatis, omnis dignitatis, offerentibus se tibi? quantis ignibus, quantis gladiis opus erit! Idem in *Apologetico*, cap. ult.: « Cruciate, inquit, torquet, damnae, alterite nos. Probatio est innocentie nostre iniquitas vestra. Ideo nos hunc pati Deus patitur: nam et proxime ad lenocinam damnando Christianam potius quam ad leonem, confessi estis, labem pudicitie apud nos atrociter omni poena et omni morte reputari. »

Primum in Christianos persecutionem movit Nero, qui Christianos, alios cruciavit, alios flammas, alios canibus lanianis objecit, ut dixit II *Timoth.* iv, 17. Secundus Domitianus plurimos Romæ nobiles Christianos virosque illustres nullo jure, nulla ratione trucidavit, innumeris in exilium expulsi, bonorum direptione mactatos. Nec mirum; cum ipse cæco tumore in tantam superbiam elatus sit, ut hominum sane ac Deum vocari, scribi colique voluerit, teste Orosio, Sexto Aurelio Victore, Sulpitio et aliis. Tertius Trajanus sæviens, et immensas quotidie Martyrum jugulans catervas, inter alios S. Ignatium Romæ in amothæatro (locus adhuc extat signatus altari et

Christi-
an ad
leonem
damnato
pauca
quam ad
leonem,
cur?

sacello, quem sæpe magno animi sensu veneratus sum) leonibus objecit. Quartus persecutor fuit M. Antoninus Verus, cujus quam acris fuerit persecutio, testantur littere quæ a Gallis Lugdunensibus ac Viennensibus ad Asianos Phrygiosque fratres conscriptæ extant apud Eusebium, lib. V *Histor.*, cap. 1. Quintus fuit Severus; sextus Maximinus, qui maxime in Clericis et sacerdotibus, quasi fidelium magistros sævit, teste Eusebio, lib. VI, cap. xx. Septimus fuit Decius, ejusque collega Valerianus, sub quo S. Laurentius in craticula triumphavit. De his audi S. Hieronymum, initio Vitæ S. Pauli primi Eremitæ, qui hæc persecutionem fugiens recessit in eremum: « Sub Decio, ait, et Valeriano, quo tempore Cornelius Romæ, et Cyprianus Carthagine felici ruore damnati sunt, multas apud Egyptum et Thebaidem Ecclesias tempestas sæva populata est. Voti tunc Christianis erat pro Christi nomine gladio percuti: verum hostis callidus tarda ad morlem supplicia conquirens, animas carpiat jugulare, non corpora. Et ut ipse qui ab eo passus est Cyprianus ait: Volentibus mori, non permittebat occidi. » Addit exempla: perseverantem in fide Martyrem, et inter equuleos laminas quo viotorem jussit iudex melle perungi, et sub ardentiss. o solo ligatis manibus post tergum respinari, scilicet ut muscarum aculeis cederet, vii ignitas sarlagines antea superasset, in alium peretricium immisit, qui vi voluptatem cruciati superaret, linguam præmordens in eam exiit. Quid autem crudelius, quam ut Catane in Sicilia kenelle virgini Agathæ non modo in equuleo laminae candentes admoverentur, sed et mamilla amputaretur? Unde iudex Quintianus merito ab ea audivit: « Crudelis tyranne, non te pudet amputare in femina, quod ipse in matre sustixit? » Justo ergo Dei judicio Decius in solo barbarico inter confusas turbas gurgite paludis submersus est, ut nec ejus poluerit cadaver inveniri; Valerianus vero, a Sapore Persarum rege captus, ignominiosissima apud Persas servitute conseruit, teste Eusebio, lib. VII, cap. ix. Octavus fuit Aurelianus, qui acerbam contra Christianos persecutionem impio decreto suscitavit: nec nullo post subita morte mactatus est. Nominis fuit Diocletianus. Decimus, Maximianus Hercules, sub quibus tanta fuit rabies infidelium, ut intra triginta dierum spatium octodecim millia hominum miserum sexus, variis modis et horrendis perempta sint. Nos ipsi, ait Eusebius, lib. VIII, cap. ix, per Egypti solitudines cum iter ageremus, oculis nostris in peximus, ut sedenti pro tribunibus sævissimo Præsidi offerrentur innumeri populi fidelium, quos ille singulos per ordinem confessos se Christianos capite plecti jubebat. Sponte omnes, imo et alter alterum prevenientes cervicæ cædemibus objectabant: descenderit carnificum manus, et succedentes sibi invicem factiati sunt, hebetata est acies gladii. Videbam,

ait, fessos residere carnifices, viros resumere, animos reparare, mutare gladios, diem quoque non sufficere ad poenam. Hæc subservierunt Maximinus et Maxentius, jussi tradi lanionibus, atque Licinius, qui Christianos maximi tradidit lanionibus, et eos porcorum more suspensos publice, postea superpositos truncis ligneis per frusta concidi, et in partes dividi, itaque ad piscium pabulum in mare proijci imperavit. Plura vide apud Joannem Leuseum Belliol., Doctorem Lovaniensem, egregio illo libello, quem de variis generibus persecutionum edidit. Hoc sæculo quam varia et horrenda ab Inguenontis supplicia passi sint Orthodoxi et Martyres in Anglia, Francia et Belgio, videre est in *Theatro hæreticæ crudelitatis*. Spectate hæc, Christiani, et similia ambite: pudeat non posse ferre verbera, imo verba asperiorum. Patres vestras generose tulerunt ignes, furcas, equuleos, leones, et quidquid sævitia excogitavit poluit, tulerunt et irriserunt, et vos morsum oculicis exhorrescitis? Absit, absit, quin potius cum eis de patientia, de fortitudine concertate. Hæc vos eadem fides speratæ æternitatis vocat, et classicum canit.

CIRCUCURUNT IN MELOTIS, IN PELLIBUS CAPRINIS. — « Melota, inquit D. Thomas, est vestis facta de pellis camelorum, vel melius: taxus habet pellem hirsutam, de qua fit vestis hirsuta, quæ dicitur Melota. » Merum *αἰὼν* græca vocatur ovis, inde *μαλῶν*, melota, dicitur ovicæ pellis, aut potius exuvium, hoc est pellis corpori ovis detracta una cum lana. Inde enim homines pauperes et rusticanos, quos necessitas cogit extra urbes sub dio degere, vestes facere solere tradit Philo, initio lib. *De Victim.* Adde, melotem per catechesin cuiusvis quadrupedis pellem significare.

Notat Paulus Eliam, qui IV *Reg.* i, 8, « vir pilosus » dicitur, non tam a barba et coma, quam a melote et veste pilosa et hirsuta; notat et Eliseum aliosque Prophetas, quorum insignie fuit melotalis, sive cilicium ex pelle hirsuta. Porro usi sunt Prophetae melote, quasi vili et aspero amictu, tum quia Achab, Antiochus et alii ad extremam paupertatem eos adigebant, ut homines et hominum solatia fugere, atque in montibus et speluncis instar ferarum oberrare et latere cogerentur; tum quia hoc suo vili habitu volebant docere homines luxum vestium esse spernendum, de quo multa hic habet Chrysostomus, *hom.* 28, in moralibus; tum denique, ut hoc quas, cilicium et habitu penitentiam, circumcinctos agros et oppida, doctorem populum, et ad penitentiam sanctamque vitam excitarent et compungerent. Ita S. Joannes Baptista prædicans vestitus eræ cilicium et pilis camelorum confectus, et zona pellicea cinctus: hinc et sancti Eremitæ olim melote sunt usi. Vide Cassianum, lib. I *De Institut. monast.*, cap. viii.

Citans hæc verba S. Bernardus, tract. *De Vita solitaria*: « Ideo, inquit, patres nostri in Egypto et Thebaida, sanctæ hujus vitæ ardentissimi omnia

Eliam et
Eliseum
cur. usi
melotali

omnis beatitudo tam anime, quam corporis erubet illorum obvenit in novo Testamento, in quo et nobis eandem obvenit, atque ita simul nos cum illis consummamur, id est, beatur et glorificamur. Hunc esse sensum, patet, quia totius epistolæ scopus est docere salutem et beatitudinem nemini per legem et vetus Testamentum; sed omnibus per Evangelium et novum Testamentum, puta per Christum, obtingere. Hinc dixit superius, legem neminem ad perfectum adduxisse, per legem non fieri consummationem; sed eam fieri per Christum, qui salutis beatitudinis nobis est auctor: ideoque cap. ix, fuisse docuit Christum, cœlum antea clausum suo sanguine nobis resevasse. Ergo per « consummationem » hic intelligitur absolute æternam salutem et beatitudinem, ingressumque in cœlum.

Secundo, Apostolus quam hic vocat consummationem, vers. præced. vocavit «re-promissionem»; atqui ibi per eam intellexit promissionem salutis et beatitudinis absolute, non autem gloriæ corporis tantum; hæc enim minima est pars promissionis et beatitudinis: ergo et eandem hic intelligit per consummationem.

Tertio, si per consummationem intelligas gloriam corporis dandam in die iudicii universalis, falsum erit, quod omnes illi prisci patres, quos toto cap. recensuit, sine nobis non sint consummati aut consummandi; quod tamen asserit hic Apostolus: nam certum est multa corpora Sanctorum (utique illustrium veteris Testamenti, ac consequenter illorum, quos hic recensuit Apostolus)

eum Christo resurrexisset, *Math. xxvii, 52*, idque, ut valde probabile est, ad vitam immortalē et gloriam tam corporis quam anime: nos autem ad gloriam corporis resurgemus demum in die iudicii. Ergo plerique patres prisci hic nominati « sine nobis, » id est ante nos, jam consummati sunt, id est, resurrexerunt in corpore gloriose. Cum enim Matheus dicat multos resurrexisse, plane videtur consequi, plerisque ex his, quos hic recenset Apostolus, resurrexisse, ut hoc non tam paucorum privilegium, quam commune principis Christi beneficium patribus hæc plerisque collatum censi debeat. Cum ergo de resurrectione corporum hæc sententia Apostoli non videatur vera, sequitur eam intelligendam in genere de beatitudine, que nemini ante nos, id est ante Christum et Christianos, qui sunt filii novi Testamenti, obtigit, *g. d.* Voluit Deus tempus consummationis, id est beatitudinis tam anime quam corporis, non esse veteris, sed novi Testamenti; non per Moysen Judæis, sed per Christum dicitur Christianis, iisque qui olim in Christum venturum crediderunt et sperarunt. Quare eorum exemplo, vos, o Hebreei, in Christum præsentem iam credite, in ejusque fide, spe et amore constanter perseverate, itaque cum priscis patribus « consummationem, » id est salutem et beatitudinem, adipiscemini.

Nota: Pro consummarentur græco est *τελειοῦνται*, quod secunde, verti potest: consecrarentur, dedicarentur et quasi inaugurarentur, scilicet cœlo et cœlesti regno. Vide dicta cap. ii, vers. 40.

Testa-
bantur
resurre-
xerunt
ad
vitam
immorta-
lem in
cœlesti.

Beatitu-
do carnis
veteris,
sed nove
Testa-
menta.

CAPUT DUODECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Allatis capite præcedenti fidei exemplis, hoc capite insistit Apostolus, et per ea urget Hebæos, ut in fide constantes sint, utque persecutiones, quasi disciplinam Dei paternam, libenter excipiant.

Secundo, vers. 16, exemplo Esau, qui vili esca vendidit sua primogenita, et reprobatum est, urget Hebæos, ne ob lucra temporalia vendant fidem et gratiam Christi, ideoque reprobandum.

Tertio, vers. 18, ostendit, quantum lex novi data in Sion præset veteri data in Sina, ac consequenter, quanto gravius puniendi sint Christiani, legem novam, quam Judæi, veterem violantes.

Quarto, vers. 26, pergit eos urgere metu et minis, docens quod Deus, cum daret legem in Sina et Sion, cœlum et terram commoverit, ut ostenderet se terribilem fore legis sue vindicem, esseque ignem consummentem.

1. Ideoque et nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, et circumstant nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: 2. aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusionem contempta, atque in dextra sedis Dei sedet. 3. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini, animis vestris deficientes. 4. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes: 5. et nihil estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loqui-

tur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris, dum ab eo argueris. 6. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. 7. In disciplina perseverate; tanquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater? 8. Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, et non filii estis. 9. Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, et reverentur eis: non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivimus? 10. Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam: eruditabant nos: hic autem ad id, quod utile est in recipiendo sanctificationem ejus. 11. Omnium autem disciplina in præsentem quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ. 12. Propter quod remissas manus, et soluta genua erigite, 13. et gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis eret, magis autem sanetur. 14. Pacem sequimini in qua desit gratiæ Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur, et per illam inquinetur multi. 16. Ne quis fornicator, aut profanus ut Esau, qui propter unam escam vendidit primitiva sua: 17. scitote enim quoniam et postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatum est: non enim invenit penitentiam locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam. 18. Non enim accessit ad tractabilem montem, et accessibilem ignem, et turbinem, et calignem, et procellam, 19. et tubæ sonum, et vocem verborum, quam qui audierunt, excusaverunt se, ne eis fieret verbum. 20. Non enim portabant quod dicebatur: Et si bestia teligerit montem, lapidabitur. 21. Et ita terribile erat quod videbatur. Moses dixit: Exterioris sum, et tremebundus. 22. Sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, et æditorum millium angelorum frequentiam, 23. et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis, et iudicem omnium Deum, et spiritus justorum perfectorum, 24. et Testamenti novi mediatorem Jesum, et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel. 25. Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur: multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis avertimus. 26. Cujus vox movit terram tunc: nunc autem reproponit, dicens: Adhuc semel, et ego movebo non solum terram, sed et cœlum. 27. Quod autem, Adhuc semel, dicit, declarat mobilium translationem tanquam factorum, ut maneat ea, quæ sunt immobilia. 28. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam serviamus placentes Deo, cum metu et reverentia. 29. Etenim Deus noster ignis consumens est.

4. IDEOQUE ET NOS TANTAM HABENTES IMPOSITAM NUBEM TESTIUM. — *g. d.* Cum prisci patres quos cap. præced. recensuit, per fidem tam obscuram, tanta fecerint, tam invidita sint perperis, vitam denique profuderint, neque tamen repositum in cœlis præmium illo statu adepti sint: multo magis nos, tot et tantis eorum exemplis excitati, per fidem, jam longe majorem et clariorem debemus in fide et pietate Christiana constantes persistere et proficere, pro eaque bona et vitam, si opus sit, expendere, utpote qui statim post mortem bona cœlestia et vitam beatam in cœlo consequemur.

IMPOSITAM. — Legit Interpres *ἰμπίτισμα*, idque apte respondet nubi. Jam Græca habent, *ἰμπίτισμα*, id est circumpositam, id est, undique nos continentem et circumdantem. Itaque legit Syrus, Chrysostomus et Theophylactus.

NUBEM TESTIUM. — Græco est *νεφένη μαρτύρων*, id est, nubem martyrum, sive testium. Martyr enim græce idem est, quod latine testis. Testes ergo fidei vocat martyres et patres jam nominatos, qui per fidem et pro fide, vel dura sunt perperis, vel heretica opera perfecunt. Illi enim suis operibus et passionibus testati sunt, quanta sit fidei certitudo et efficacia, quanta bona fides promittat, quamque pro ea ardua omnia facere et pati debeamus. Rursus testes vocat hosce patres, *g. d.* Sedent jam in cœlis, veluti Christi assessores, testesque fortiter agentium, ut pro eorum suffragiis palma donentur, quotquot ab eis palma digni judicabuntur, inquit Galeus. Prior tamen sensus magis est ex mente Apostoli. Respicit enim patrum testimonia, scilicet insignia fidei opera, de quibus dixit cap. præced.

Nota: « Nubem » vocat copiam testium, quam

Tertio
dupli-
ter
dicuntur
antiqui
patres.

instar dense nubes in tentatione et afflictionis æstu, suo testimonio nos undique circumstat, cingit, fovet, animat, corroborat et recreat. Ita Chrysostomus et Theophylactus.

Secundo, quia illorum doctrina et exemplo, quasi nube et imbre cœlesti irrigati sumus. De quo Chrysostomus hic homil. 28.

Addit tertio, Cœcumenius et S. Athanasius (quantum hoc opus non videatur esse S. Athanasii, sed ex eo sicut quæ collectum esse, ut satis patet inveniuntur Quæst. XIII, ad Antiochum, Quæst. CLXII, quia Sanctorum illorum precibus, quasi nube e cœlo tegimur et juvamus, quasi vox nubes notet patrocinium et intercessionem Sanctorum pro nobis; sed priores duo sensus magis sunt ex mente et scopo Apostoli.

Moraliter nota hic, quanta sit vis exempli ad accendendam virtutem. Philo, libro Quod omnis probus est liber, scribit, quod Milites, Atheniensium dux, contra Persas plurimos pugnaturus, socios conlocavit, etque gallos gallinaceos pertinacissime de more inter se pugnantes ostenderit, ratus hoc spectaculum plus eos permoturum ad strenue pugnandum, quam exhortationem. Ita factum est. Socii enim cœrentes gallos ad necem usque pugnantes, alacriter et generose correptis armis bellum hoc susceperunt, inque vulnera et mortes se coniecerunt. Si brutorum exempla id præstiterunt in Gentilibus, quid facient Sanctorum certamina in Christianis.

S. Gregorius, in præfat. Moralium, et stella, inquit, noctem, ita Sancti nos illuminant, et virtutum decorem ostendunt. Ad ostendam innocentiam venit Abel; ad docendam actionis munditiem venit Henoch; ad insinendam longanimitatem spei et operis venit Noe; ad manifestandam obedientiam venit Abraham; ad insinendam laboris tolerantiam venit Jacob; ad ostendam mansuetudinem venit Moses; ad ostendam inter flagella patientiam venit Job. Ecce quam fulgentes in oculo stellas cernimus, ut inoffenso pede operis, iter nostre noctis ambulemus. Quot Deus justus exhibuit, tot quasi astra super peccantium tenebras cœlum misit.

Qui vult evadere poeta, legit Virgilium; qui orator, Ciceronem; qui medicus, Galenum; qui philosophus, Aristotelem; qui vult esse sanctus, legat vitas et exempla Sanctorum; his astris mentem illuminet et accendat.

DEPONENTES OMNE PONDUS. — «Pondus» vocat sollicitudinem conservandi et augendi suas opes; omnemque sarcinam terrestrium negotiorum et curarum, inquit Theophylactus, quæ nos in hoc cursu et agone Christiano (de quo sequitur) remorari, prægravare, sistere et inlubere potest. Est enim metaphora ab agonizantibus et stadiodromis, qui omni vestium rerumque suarum pondere deposito leves, expediti et agiles inibant agonem, et in stadio decurrabant.

ET CIRCUMSTANS NOS PECCATUM. — Græcæ est τὸ

ἐπιπέλαστον (male enim in Regiis Bibliis legitur ἀμπίρατον, prorsus contrario sensu) ἀμπίρατον, id est, facile vel bene circumstans et circumcinctus nos peccatum. Multi per peccatum intelligunt concupiscentiam, quæ quasi sepes et murus nos cingit, nosque a cursu et agone fidei et virtutis remoratur, ac viam obstruit: cum enim aliquid boni operis præsertim ardui facere cogitamus, mox exurgit et circumstans nos concupiscentia, ut retineatur, opusque impediat. Persistit apposite Apostolus in cepta cursorum metaphora, q. d. Ut recta in stadio curras, non satis est pondera et sarcinas abjicere, sed necesse quoque est viam esse planam et expeditam. Si enim sepes aut murus interpositus sit, viam intercludit, et cursum inhibet. Sepes nostra nos vallens et circumstans est concupiscentia, et eaque multiplex. Hæc ergo prosternenda et abjicienda est; conandumque ut concupiscentias non fovemus, sed succidamus, minuiamus et mortificemus: ita via ad omnem virtutem nobis erit plana et expedita.

Secundo, S. Chrysostomus et Theophylactus aiunt peccatum nos circumstare, id est, dejicere et vincere, quia facile ab illo vincimur. E contrario S. Athanasius (sive auctor) ad Antiochum, Quæst. CLXIII, ait peccatum dici ἀμπίρατον, quia non habet locum ubi consistat, sed facile per penitentiam dissolvitur et evanescit.

Tertio, Cœcumenius, Erasmus, Vatablus et alii pro circumstans vertunt, tenaciter adhaerens peccatum, quasi Apostolus olle comparat nos et corpora nostra, peccatum vero acustionis (quæ hebraice dicitur חֶלְמָה chelama), seu sordibus quæ corpori nostro pertinaciter adhaerescunt, ut defricari nequeant, quin remaneant reliquæ. Quasi alludat Apostolus ad illud Esæc. xxiv, 6: «Ve civitati sanguinum (Hierosolymæ), olle, cuius rubigo in ea est, et rubigo ejus non exivit de ea.»

Quarto, Syrus vertit τὸ ἐπιπέλαστον, id est peccatum quod omni tempore nos demergit et deprimit, quasi persistat Apostolus in metaphora ponderis: hoc enim degravat et demergit. Hæc pertinet expositio Maldonati in Notis manuscr., «circumstans», ait, sicut vestis quam induimus nos ambiens. Voce induendi in Scriptura significatur intima conjunctio, q. d. Peccatum nos in stadio hujus vite ad cœlum currentes ita præpedi, sicut vestis iis qui in agone decurrunt circumvolata, impedimento esse solet.

Quinto, Theodoretus et Galenus: Peccata, inquit, nos circumstant et cingunt instar gladiatorum, qui plures unum adorti facile eum dejiciunt. Per peccata autem hæc Galenus intelligit non concupiscentias, sed extrinsecas tentationes, occasiones et pericula peccati, v. g. malos socios: peccata ergo hic sunt peccatores, infidelis et Judæi, qui Hebræos a fide Christi moliebantur abstrahere ad judaismum. Hi enim proprie dicuntur circumstare; et de his, similibus verbis dicit vers. 4: «Nondum usque ad sanguinem restitistis

Concupiscentia hæc est peccatum.

Quibus, illa peccata circumstant nos prope.

Curramus id est, pro patientiam curramus ad propositum nobis certamen.

adversus peccatum [id est, peccatores Judæos, qui vos quasi antagoniste circumstant], et ad peccatum apostasie solliciti repugnantes. Hic sensus valde appositus et literalis est. Duo currentibus in stadio cavenda sunt: primum, ne quo onere graventur; secundum, ne quo obstaculo cursu impediatur. Obstacula autem peccatorum, quæ nos et cursum in cœlum remorantur, sunt socii alieque extrinsecæ tentationes, quas Apostolus hic apte opponit nobis circumstans et circumstanti, q. d. Aspice ad exempla Sanctorum, quæ undique vos instar nubis circumstant, ut prava Judæorum exempla et hortamenta, quæ vos a cursu vestro impediunt, discutatis.

PER PATIENTIAM CURRAMUS AD PROPOSITUM NOBIS CERTAMEN. — Præpositionem ad legitur Romana: eam tamen omittunt Græca, Græci, Syrus et multa Latina Biblia manuscripla, eaque lectio videtur melior et verior. Sic enim habent Græca, δὲ ἡμεῖς τὴν ἀγωνίαν ἐν ἀπαυσιμότητι τῶν ἀγῶνων, id est, per patientiam curramus propositum nobis agonem sive certamen, q. d. Agonem nostrum, certamen nostrum, non in vinculatione, non in diverberatione, non in collectione, sed in re levi et facili, inquit Chrysostomus, puta cursu, consistit, ut nimirum cursu certemus, et agonem nostrum decurramus. Unde et Vatablus vertit, per tolerantiam curramus in proposito nobis certamine.

Nota «curramus», id est, currere pergamus. Cooperant enim Hebræi jam pridem currere hunc agonem. «Curramus» ergo significat actum non inchoatum, sed continuatum, juxta Can. 32. Unde ad eum requiritur Apostolus non fervorem, sed patientiam et tolerantiam: hæc enim est quæ facit nos pergere et perseverare in hoc agone. Ita Theophylactus.

Secundo, agonem vocat, vel metonymice ipsum stadium, in quo agonizantes cursu certabant, q. d. Decurramus stadium nostrum. Vel proprie ipsum certamen cursu in stadio. Sicut enim dicimus certare certamen, ita dicimus et currere certamen, id est, currere certare, ut bravium assequamur, sic enim eleganter et significanter dicimus agonem nostrum decurrere, cum eum rite currendo peragimus, q. d. Vos, o Hebræi, estis agonizantes et stadiodromi; stadium vestrum, agonem vestrum est certamen pro fide Christi: bene in hoc stadio decurrere cœpistis, pergitte patienter, et fortiter perseverate in hoc agone et cursu, licet aspero et difficili: currendum enim vobis est per exilia, per brachia rapinam, per medios hostes: ita fiet ut cœlestis premium rite currentibus propositum assequamini. Indulte ergo patientiam, hoc vobis erit thorax impenetrabilis, quæ omnia hostium tela elidat: hæc armati alacres et inviolabiles in media persecutionum omnium certamina irruetis. Si quis tamen cum nonnullis legat præpositionem ad, hoc modo, «per patientiam curramus ad propositum nobis certamen», com-

mode sic exponit, «per patientiam», id est patienter et constanter «curramus», id est currere pergamus ad stadium et agonem hæc fidei, quod cum Judæis decertamus et decurramus ad bravium cœlestis coronæ. Subinde enim hic agoni terminus repetendus erit Hebræis. Cessante enim persecutione cessabat agone, recrudescente persecutione recrudescere agone, ad quem more suo fortiter et constanter obundum pergere et procurrere identidem debebant Hebræi.

2. ASPICIENTES IN AUCTOREM FIDEI ET CONSUMMATOREM JESUM, — tanquam certaminis et cursus vestri metam, terminum et premium; vel potius tanquam ad absolutissimum exemplar certaminis et cursus vestri. Alludit enim Paulus, ut notat Chrysostomus, ad pictores, qui ut ex prototypo paragogum, ex exemplari imagine expriment, prototypum ipsum sive exemplar sepe intuentur et respiciunt, q. d. Proposui vobis, o Hebræi, cap. præced., tot Sanctorum exempla, nunc ipsum exemplar fidei et patientiæ, scilicet Christum crucifixum, vobis propono, ut in illud assidue intueamini, ejus patientiam et constantiam in vobis exprimere et imitari studentis. Pulchre et pathetice S. Augustinus, De Catho. rud.: «Omnia bona terrena contempsit Christus, ut contentanda esse monstraret; omnia terrena mala sustinuit toto vite mortali tempore, quæ sustinenda præcipiebat, at neque in illis quaereretur felicitas, neque in istis infelicitas timeretur. Natus enim de matre quæ semper virgo permansit, fabro tamen desponsata, omnem typhum carnalis nobilitatis extinxit. Natus in Bethlehem, quæ inter omnes Judææ civitates exigua erat, noluit quemquam de cujusquam terrena civitate sublimitate gloriarum. Pauper etiam factus est, cuius sunt omnia, ne quisquam eum in eum crederet, de terrenis divitiis auderet extolli. Noluit rex ab hominibus fieri, quia humilitate ostendebat viam miseris, quos ab eo superbia separaverat, quamvis sempiternum ejus regnum universa creatura testetur. Esurivit, qui omnes pascit; silivit stentium fons; fatigatus est itineris terrestri, qui seipsum nobis vitam fecit in cœlum: velut obmutuit, et obsurdit coram convitantibus, vincetus est, flagellatus est, crucifixus est, mortuus est: sed et resurrexit nunquam moriturus, ne ab illo quisquam sic disceret mortem contemnere quasi nunquam futurus.» etc.

Nota: Pro auctorem græcæ est ἀρχηγός, quod non tantum inceptorem, sed et ducem auctoremque significat. Pro consummatorem græcæ est τελειός, quod tum finitorem, tum perfectorem et coronatorem significat, q. d. Christus est principium et finis, dux et coronator fidei.

Nota secundo: in Christo dicitur inceptor et auctor fidei, quasi in Christo fuerit fides sive habitus vel actus fidei: hic enim est obscurus, eumque elidebat in Christo clara visio beatifica et scientia infusa. Christus ergo non habuit fidem,

Prototypo paragoga.

In Christo non fuit fides.